Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



·2·

genteos. nec deos aureos facietis uobis. Altare de terra facie
tis mi. et offeretis sup eo holocausta et pacifica uestra. et o
ues uestras et boues. in omni loco in quo memoria fuerit no
minis mei. Gr. Miserere michi domine quoniam infirmus
sum sana me domine. V. Conturbata
sunt omnia ossa mea et anima
mea turbata est valde. Math.

In illo tempore. Accesserunt ad ihm ab ierosolimis scribe. et phari
sei dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur tradicio
nes seniorum? Non enim lauant manus suas. cum panem man
ducant. Ipse autem respondens ait illis. Quare et uos transgre
dimini mandatum dei. propter tradicionem uestram? Nam deus dixit.
Honora patrem tuum et matrem tuam. et qui maledixerit patri uel
matri. morte moriatur. Vos autem dicitis. Quicumque dixerit pater
uel matri. munus quodcumque est ex me tibi proderit. Et non honori
ficauit patrem suum aut matrem suam. et irritum fecistis mandatum
dei. propter tradicionem uestram. Hypocrite. bene prophetauit de uo
bis. ysaias dicens. Populus hic labiis me honorat. cor autem
eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me. docentes docti
nas et mandata hominum. Et conuocatis ad se turbis. dixit eis.
Audite et intelligite. Non quod intrat in os coinquinat homi
nem sed quod procedit ex ore. hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes
discipuli eius. dixerunt ei. Scis quia pharisei audito
hoc uerbo. scandalizati sunt? At ille respondens ait. Omnis
plantacio quam non plantauit pater meus celestis. eradicabitur.
Sinite illos. ceci sunt et duces cecorum. Cecus autem si ceco ducatum
prestet. ambo in foueam cadunt. Respondens autem petrus dixit